

L I B E R

Iocissime moueri, mole sua id agente. Vnde reliqua opera minus grauia terræ adiacentia in aëre relinquerentur, si omnia grauia ad unum niterentur terminum, quod nusq; apparet. Terra deum circularem non habet motum. Si enim circa axem mundi moueretur ab occidente ad orientem, omnia quæ in aëre mouerentur, semper uersus occidentem moueri uiderentur. Non enim possent consequi motū terræ. Cuius contrarium in nubibus motis atq; awibus sæpen numero experimur. Idem quoq; accideret, si aërem unum cū terra hoc pacto moueri putaueris. Terra postremo circa aliud quempiam axem non mouetur. Sic enī altitudo possumus in terra quiescentibus uaria haberetur. Quod cum nemini appareat, terram hacten moueri non posse constat.

C O N C L U S I O S E X T A .

Motus cœlestes in duplice differentia reperiuntur.

¶ Est enim motus quidam cunctis cœlestibus communis ab oriente ad occidentem, quem in prima huius circularem & regularissimum ostendimus super duobus polis mundi. Quien quidem motum consequitur, ut omnia puncta extra axem suum signata, circulos inter se æquidistantes, & ad axem ipsum erectos describant. Horum circulorum maximus describitur à puncto æqualiter à polis mundi remoto, quem æquinoctialem uocant, quod Sole ipsum occupante, dies nocti habeatur æqualis. Alius est motus prædicto contrarius ab occidente uidelicet ad orientem, non super polis mundi sed alijs. Secundum hunc motū non describuntur circuli æquidistantes æquinoctiali, quod profecto accideret, si uterq; motus eisdem sortiretur polos. Quo autem pacto motus ille secundus innoverit, sic intelliges. Primi admiratores corporū cœlestium & eorū motuum considerauerant Solem oriri & paulatim elevari, donec meridianum attingeret, quo deniq; meridianu relictō, tendere ad occasum, & immorari sub terra, rursusq; oriri ut pridein. Id ipsum in reliquo astris deprehenderant. Cumq; notaissent loca ortus & occasus in terra, uiderunt post dies multos Solem in eisdem non oriri & occidere. Sed aut ad meridiem, aut ad Septentrionem accessisse. Itenq; Solem in meridianō circulo constitutum, nunc quidem ad uertices capitis uergere, nunc autem ab eis longius remoueri. Vnde coniecerunt in alio quodam orbe moueri, non quidem super polis mundi, tamen in motu suo non seruaret æquales ab ipsis polis distantias. Amplius autem idem apparuit in cæteris plurimis circa stellas fixas notatis. Viderunt enim quod stellæ fixæ suas inter se seruarent distantias, locaq; ortuum & occasuum non uariari. Putabant igitur stellas fixas non nisi secundū motum primum moueri. Planetas autem alio insuper motu deferrri conseruerunt, quod ipsi apud stellas fixas notati, post tempus aliquanum ab eis uersus orientem recessisse uiderentur. Cumq; in hoc motu non seruarent easdem à polis mundi distantias, sed nunc quidem ad Australium, nunc uero ad Septentrionem deinceps, oportuit motum huiusmodi circa polos alios accidere. Verum declinationē Solis & cæteroru in planetarum declinationes eisdem fermè claudi limitibus dicerunt. Vnderatu nasserebant eos non supra polos mundi, sed alios in circulo quodam obliquo ad æquinoctialem circumferri. Has sex Conclusiones tamen si nullam præ se ferunt difficultatem, in capite operis nostrī conscribere decreuimus. Præfationem autem

Ptolomæi ad literam exprimere libuit, tum propter crebras in ea sententias scitū dignissimas, tum propter auctoritatem Ptolomæi, quo etiam imitatio nostra fidelior redderetur. Nunc ad scienciam Chordarum fœliciter descendamus.

Propositio